

bus intermixta, quæ quoniam facetiarum non expertia sunt, relatu non indigna iudicauit.

## INNOMINATVS.

**P**endente inter Augustum Cæsarem & M. Antonium fortuna, cuius belli neque mediocres casus erant, neque vulgaria præmia victoriæ, ingensque apud omnes gentes finis expectatio. Pauper quidam Romæ in cunctos sibi prouidens eventus, ingenium tale commentus est: omni diligentia duos coruos enutriuit, effecitque (tantum in omni re studium valet) ut dicacibus verbis alter Augustum, alter Antonium salutaret. Idem Augusto tandem victor in patriam revertenti, salutatorem suum manu præferens occurrit, qui inter crocitandum hæc verba fundebat: Aue Cæsar, Victor, Imperator. Delectatus Augustus viginti millia nummorum loquacem volucrem comparuit: arguta quidem, sed diu præcepta subtilitas.

## ALIVS.

**A**Thuius socius ex tempore cōsiliū accepit, socio enim ditato inuidens (neque latius apud ullum genus hominum regnat inuidia) Cæsarem adiit, obti-